

Ecclesi. 20. 21.

Ingratus ut carduus.

Pravo de emendatione non adhibenda fides.

S. Benedicti.

Solorzani.

Ubi paventur, morum & vultus ostendatur severitas.

Præles pro medicamine tendens in blandimen, prius quam ægrotus læbetur, & in extremum languorem. *Homo acharis quasi fabula vana. Acharis* ab aliquibus, id est, ingratus, trivillitij, nullius pretij, despicabilis talitri; quippe fallax, dum promittit ballas: equidem ubi quaritur fructus, cardui adinstar beneficium rigationis, rependit sentibus. Fallax omnino, igitur expectanti tanquam à dignato commodum, ut cupressus non fert fructum. Ab alijs *Acharis*, stupidus, insulfus, fallax in promissis; cuius verba æstimanda tanquam fabula & vana. Ita in pravis verbum datum, quo fides habet sepulchrum; & ille opportunitatem, ut fiducia promissorum tuto labatur in crimen: unde illorum verbum, uti vanum non credendum; quippe suppidis, fallacibus, sine verberibus minime adhibenda fides, estò averfionem repromittant centes. Fultuarij pisces sunt: hand possunt coqui, nisi fultibus contris. Maturè consideranda conditio, ubi subditorum non nota propensio, tanque mitatem suadet ratio. At verò dum cognoscuntur, ait N. Legislator, quo supra num. 1. *Indisciplinatos & inquietos debet durius arguere: obediētes autem & mites & patientes, ut in melius proficiant, obsecrare: negligentes autem & contemnentes, ut increpet & corripiat, admonemus: haud infactuus specie boni pacis; quippe nisi verberibus non cedent mores: & ubi tanta pronitas in vitium, ad pacem non oportet pacem mittere, sed gladium.* Apè Solorzani *Embl.* 70. num. 10.

Maligna viro corpora perforat Ichthenaci docta ciconia; Horrenda ne exsistat impunita Monstra, pericragatur seva. Ergo potentes excute sordidos Rex ipse, regnis pessima moribus Impura spargentes, iniquos Finibus ejiciasque regni.

15 Non nimis leveri sumus, dum facine severitatem monemus; etenim sub specie austeritatis colorata, inveteratis ulceribus adhibetur medicina. Longè ab intentione, quod manus Præsidis, lavore ostenso adinstar felis (ut laceret, ac subditorum confundat facies) evaginet ungues; sed quod mansuetudine agni celarà, qua gaudere debet pectus, audiatur à pravis leonis rugitus: etenim ubi non sat agni mansuetudo, vincit leo: aperiunturque leges sub larva leonis, si studentibus improbis in instituti custodiam; quippe non distinguunt inter rugitum & larvam.

Verùm hoc aliàs. Exprimi floridè Magister Monachorum, quo dudum, *Dicrum* (inquiens) *magistri, pium patris ostendat affectum.* Tunc enim affectus ostenditur patris, dum non ostenditur: etenim patris emicat benignitas, ubi ad oculum dira magistri severitas: facietque exhibitus rigor, quod nequivit blandus amor; quoniam ut pravi obliviscantur proterviam, atque ducantur in æternam vitam, amor patris habendus, verùm minime explicandus.

16 *Hoc est vita æterna* (dixit Patri Servator N.) *ut cognoscant se, & quem misisti Iesum-Christum.* Cur non indicat & Spiritum-Sanctum; quandoquidem stat catholica fides in confessione individue substantiæ Trinitatis? Diximus literaliter *Tautolog.* 4. num. 17. Modò in Didascalia propositum, quippe latet in silentio altissimum documentum. Persona Trinitatis, est distincta, separari non possunt, sed seorsim nominari possunt. Spiritui-Sancto attribuitur amor: hic à Christo in vitam æternam fidei & legis exponitur tenor: & quanvis persona non possunt separari, noluit amorem exprimere; ut dicant Prælati modum, quo peccatores reducuntur ad iugum, & perducantur in cælum: equidem est amorem habet pectus, in illos nec nominandus. Amor Prælati debet esse in fidem, non cognoscendum in regimen; quoniam legum serpet sensum oscitantia, obodorata patris indulgentiæ: subriciturque meditanter Spiritus-Sanctus, cuius amor insigne, dum peccatores in iugum exponuntur reducendi; quoniam ad instituti adimpletionem ac legem, nullum in prædè debent cognoscere amorem. Amor nota tercie divina persone, ratio secunda, potestas prima: & ut in vitam æternam diriganter subditi contumaces, duntaxat præ se fertur cognitio filij, & cognitio genitoris; quoniam subditi non debent in Superiore cognoscere amorem, sed duntaxat rationem & potestatem. Amor profecto pectore toto servandus, sed nequam cognoscendus: siquidem in cuncta pravorum exiit pudor, modò per rimulam exploretur amor: unde tempus stetur, modus, dum adhibetur, ploratur; quoniam tempore importuno, vel cum medicina sine remedio.

Elleborum frustra, cum iam cutis agræ tumebit,

Poscentes videns, Venienti occurrere morbo.

17 Modus indigitatur à Seneca 1. de Ira, cap. 19. *Pro cuiusque morbo m-*

S. Benedicti.

Ioan. 17.3.

Amor habetur, quin de monstratur.

Tantum potestas & ratio inspicitur de in Prælati non dilectio.

Perf.

DIDASCALIA V.

S. Franciscus amore velut insanus.

Alcina queratur. Hunc sancti verecundia, hunc peregrinatio, hunc dolor, hunc egestas, hunc ferrum. Itaque est perversa induenda magistratus vestis, & convocanda classico concio est; procedam in tribunal non furens, nec insectus, sed vultu legis, & illa solemnia verba, severa magis, gravique, quam rabida voce concipiam, & agi iubebo non iratus, sed severus: & cum cervicem noxio præcidam imperabo, & cum parricidam insuam culeo, & cum mittam in supplicium militare, & cum Tarpeio prædorem, hostemque publicum imponam; sine ira, eo vultu, animoque ero, quo serpentes, & alia venenata percutio. Quia tibi videtur lex irasci bis, quos non noxio, quos non vidit, quos non futuros sperat? Illius utique sumendus est animus, que non irascitur, sed constituit. Aliter, dum indulgetur vitium, habet præmium: inolebantque iniquitates, ubi pro penis cumulantur honores.

Magna male superest audacia causa. Quia malo, ni malus quam malo mala ferat? Accinatur Iuvenal. Satyr. 13. vers. 109. & Bornicij Embl. 29. Sat pravis, quod sic bonum, in fastidium. Via angusta Ducis Mediolanensis revertenti civitatem cum nobilioribus, occurrit cum aino onusto quidam rusticus officio, sed non animo, (vide Guicciard. Histor. lib. 1.) cum commode Dux nequiret quasi in angustior transit, nec agao cum burdone reverti; rusticus urbanissimè proferens cordis generositatem, iumentum cum onere præcipitavit in flumen. Plauscrunt facinus aulici, verum displicuit Duci, qui promens: Duceat rusticum tanta animi generositas, (plus dedecet generosum tanta rusticitas, & crudelitas.

Migrat in exilium nobilitatis honor.) Furens, ossor virtutum, iussit comites, præcipitem etiam rusticum impulsam sequi iumentum. En animi insolentia, ac in malis pervicacia. In flumen urbanam propulsavit, quippe fecit: idem sanè facturus, ni fecisset. Satis ad peccandum causa Duci insolenti, peccare, vel peccare posse. Quis habitabit cum ardoribus sempiternis, ubi pravi oggrassantur impunes? Omnibus idem animus. Sceleratà excedere terrà.

Quid in notationibus vultu legi?

Seneca.

Iuvenal. Bornic.

Animi insolentia.

Claudian.

Peccat, ut peccet.

Virgil.



ITranseamus igitur de sentina criminum in latum ac iucundum argumentum: de amentia peccati, furore mentis, ac cæcitate cordis; ad amoris illustrem amentiam, flammam cordis, & fulgorem mentis. Quod idiomati mundi barbarissimi ac toleccissimi, linguæ cœlesti schemata & metaplasmii. *Nihil enim sapient* (inquit Augustin. lib. 22. *Contra fastum*, cap. 25.) *nec intelligunt in magnis animis quasdam virtutes vitij pravorum animorum esse simillimas: nonnulla specie, sed nulla æquitatis comparatione. Agnovit vel profanus lib. 2. de Remed. v. 101. fuccinens: Quod non est, simul: a postoque imitare furores:*

Sic facies verè, quod meditatus eris.

Igitur si amans amens, mentis egens; ut amoris à corde excuteret flammam, ratione libera vigil imitatus est amentiam. Plauto in *Phædra* inquit: *Divina amentia, seu mania quatuor species statuuntur, quibus totidem præfunt Dij. Vaticanij quidem inspirationem tribuunt Apollini: ministeriorum vim atque efficaciam Libero: poeticum entusiasmum Musis: amatorum furorem Amori. Optimum illud præstantissimumque furoris genus quarto loco: equidem dum amor vehementer regnat, ita mentem rapiens in dilectum inflammat; ut preciosior sit prudentià maior infania. Amoris gustu inebriatus (ait Idiota in *Contemplat.* Idiot. cap. 13. num. 2.) *ad omne opus bilarescit, dolet & non sentit, laborat & non lassatur, deridetur, nec advertit:* equidem cum ducatur in quod ab amore ducitur; parvipendit iudicia, quippe à furentibus facta: igitur quod signatur vehemens furor, est pectoris vehemens amor. Unde Bernard. in Præfat. in libr. de *Considerat. ad Eugen.* profert: *Amens magis, sed ei qui non amat, ei qui vim non sentit amoris: quandoquidem si vim sensisset, ex comperto iudicaret minime mentis furorem; sed ex amore magno cœlestem celsitatem.**

2 Ipse Franciscus dicit: non erubescit: parum amor instaret, ni insaniret. *Amore amoris tui moriar* (dicebat amanti dilecto) *qui amore amoris mei dignatus es mori.* Vide Uvading. in *Opusc.* fol. 99. & fol. 161.

Augustin.

Ovid.

Species amentia.

Plat.

Prudens amentia.

Idiot.

Verus amor.

Bernard.

Ar.

S. Francisc.

Anguat ergo nullus amantem, Si videt inopem mentis amantem. Me mulcet moderatus amor: compesce ferventem,

Franciscus re damnatio quam gloriatur a Grijol

Perpenderis. Non dicitur, quod amore Francisci, Christus tantum dignatus est mori; sed quod prae vehementia amoris eius amoris, passus est tormenta crucis. Amore hominum Christus passus, ut in amantem sicine grati penderent amorem; equidem dilectis morte vindicavit libertatem. Officium gratum, quanvis per impendium, ubi bene collocatum beneficium: & amore amoris Francisci, Christus dignatus est mori; ut claretur quantum placeret etiam vitae dispendium, dum tantum amore amoris in cruce pertulit fructum: equidem in cruce placebat amanti pati, propter futuram vehementem redamationem Francisci. Qui corde ardet, & sic fedet, parum ardet. Ubi mens quieta, amoris exigua flamma. Magna ex cordis incendio fit, modò flagrantem eduxerit extra se: & ubi Francisci exponitur focus ex amore amor, mentis designatur furor; equidem exigue amoris focus amaret, ni prae vehementia quasi furens insaniret. Ita canit, apud eundem fol. 379.

S. Francisc.

Si te Christe refert mens mea, facta tua; Culpa tua est, quicquid victus amore gero. Desipio? Per te sum rationis eges. Mentis inops? Amor est, qui facit esse inopem.

Bernard.

Ad cuncta Franciscus hilarescit, psallit, & saltit: dolet & non sentit: laborat & non lassatur: deridetur nec advertit. Neque hoc facit stupor (ait Bernard. in Cantic. ferm. 61. num. 8.) sed amor: summittitur enim sensus, non amittitur; nec deest dolor, sed superatur, sed contemnitur. Cuncta videntur lubrica, sed est amoris amentia; qua urgens Francisci demonstratur flamma; igitur modum amoris querens eius dilectio; modum invenit, diligere sine modo.

Cant. 1. 4.

3. Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem: dicebat Francisci anima, Dilecti tot charismatibus Sponsa. Non negat ebriam, sed amore, non vino, nisi quod amor vinum est: ait Bernardus in Cantic. ferm. 49. num. 1.

Bernard.

Ut charitas ordinetur, in vinariam Franciscus introducit? Quorsum ergo? Ut inebrietur. Calix inebrians quam praeclarus! Amor bibitur, sed aliter bibitur, si praeclarus amor: signatque mentis cessum, dum bibit amorem; equidem amor claretur, sed minime praerareret, ni mentem in amentiam inebriaret. Sic ergo: ve-

Psal. 22. 5.

Eius amor praeclarus.

rum quomodo tunc charitas ordinatur, si mens amittitur? Ratio dirigit amorem: qua igitur lege erit modus charitatis, regimine rationis inebriata deficiente? Est rationis in amore modus, si amor in peccatore exiguus: & in Francisco quicquid ordinat, uti vesanus perturbat; quippe ratio non inesset vehementer amanti, modò inebriatus potiretur ratione. Non sat videtur mundi amatoribus, amare; ni prae amore crumpant in amentias. Franciscus amat cadens in insanias falsas. Tantum comprehendit amoris, quantum amentia continet falsitatis. Non intelligitur, in magnis animis virtutes preclaras pravorum moribus esse simillimas: & dum rationem videtur amittere, tunc conatur charitatem ordinare: igitur summa charitatis, compotis rationis series, nullum habere ordinem in ordine charitatis. Ordo modum indicit, & amor ab intellectu accipit; verum cum ratio inebriata modò privetur mensura, ut modum amoris habeat; Franciscus ebrius amore sine modo in modum modum rationis conturbat: igitur modus in amorem magnum, est nullum habere modum. Modus rationis est, prae ut intelligit amans, non prae ut intelligitur amens; quippe amens dum videtur, non intelligitur. Impellitur vi, qua rationis suspenditur modus, & flagrat fervore peccatus: urget dilectio, & est sine ordine ordo: equidem cum esset extra se, ni extra se esset; maiorem habet ex charitate modum, cum non habet.

Psal. 39. 5.

Ordo amoris quomodo sine ordinat

Bernard.

Et mens summa sine mente:

S. Francisc.

4. Delicet enigma Bernardus, quoniam nuper num. 4. Concaluit cor. Duo sunt beate contemplationis excessus: in intellectu unus, & alter in affectu. Unus in lumine, alter in fervore: unus in agnitione, alter in devotione. Hinc ordo rationis, & amoris ostenditur, prae ut amans amens intelligit, nequaquam prae ut non amanti bus, verè amentibus intelligitur. Affectus cordis oritur ex illucri cognitione mentis. Videtur in cordis fervore, quod manifestatur lumine: at cum cor prae amore ferre non possit, quod mens inebriata percipit; in modo sani furoris laetetur modus charitatis: equidem magis ac magis anima in amore vehemens, quam ab amentibus intelligitur amens. Ipse se exponat: sic quo sup. à pagin. 373.

Dum taceo loquor Evinctus fugio. Desilio simul, Atque una salto. Deprimor, opprimo. Ordine gaudet amor, nam gaudet & ordine virtus.

Pont

Pont modum tu, quisquis amas male sanus amoris.

Ita, & non opprimens opprimatur. Ordinet Franciscus amorem, ut charitas ordinetur. Erit ergo saltatio? Sic videtur ordo.

Legibus his, atque hunc servat natura tenorem.

Hunc magis servat amor. Nimis cur ignibus ergo

Idem.

Desipio? Aut que te dementia cepit amante? Cor mihi furatus cogis habere modum? In te mutato quid superesse potest?

Quid mens, quid faciat non potis ipsa sui?

Idem.

Franciscus magis amans, magis amens.

Psal. 115. 11.

Genebr.

Anselm.

Omnis homo quomodo mendax in excessu mentis?

Quis sine corde quiescit? Non sapit, qui sine corde. Quid mirum, quòd extra se, querens fugitivum cor? Seseque desipientem Franciscus amore vocat, ubi cognitio-ne dilecti & dilectionis exultat; quippe quantum nimum haud exprimeret amorem, nisi demonstraret amissile mentem.

5. Exponatur argumentum. Coelestia arcana genibus sunt stultitia, sicut prudentia hominum stultitia est apud Deum: iccirco David solloquitur: Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. In excessu, id est, in mentis rapta: subdit Genebrard. & Anselm. in 2. Cor. cap. 5. v. 13. Excessus mentis est intentio ad superiora. Quo iure, ni ipse, qui loquitur, fallax, erit omnis homo mendax? Patet esse peccatorem; terrena vanum vana sequentem. Iustus autem quid fecit? Etiam iustus sub hoc signo? Omnis homo. Quare? Pende. Homines prudentia vana plorant ridenda, ridend ploranda. Alij, uti Heraclitus cuncta plorant ridendi: alij uti Democritus cuncta rident plorandi: equidem iudicium illo-rum insaniam vocat prudentiam, atque prudentiam insaniam; quoniam dum magis cogitationibus sobrij, magis sine elevatione cogitationum insani. Eadem, est contra, incendunt via, qui mentem dirigunt in bona coelestia: prudentiam signant insaniam, insaniam dicunt prudentiam; plorantes risum, ac ridentes fletum: omnifque homo in mundo vocatur mendax, si ve dirigat cogitatem in coelestia, si ve declinet intentionem in caduca; quoniam hic amittit cerebrum, fovens delirij iudicium: & ille mentis complectitur directionem, dum videtur insani perire mentem: equidem cum mentem probet excessus mentis, & non defectu rationis; iustus apparet mendax, dum insani ridentes notant insanias: igitur tunc magis, ac magis intelligentia superiorum prudens, si iudicatur ab amantibus amens.

6. Fatuolum Christi sese vocat Franciscus. Vide Uvading, ubi sup. Fatuolum? Utiq; sed amore. Uti Salomon, dedit cor suum; ut scirem prudentiam, atque doctrinam, errorisque & stultitiam. Non dedit mentem, sed cor; ut emineret plusquam Salomon hic. Cor amoris sedes est. Non eminentia in amore, ubi amans floruit mente. Quare Plautus in Pseudol. A. 4. l. 1. scen. 3. v. 9. inquit: Non iucundum est, nisi amans facit stultus.

Eccle. 1. 17.

Franciscus fatuolum Christi.

Plaut.

Sed plenus coelestis bonum.

Intenditque in stultitiam, dum coelestem discere curat sapientiam; quoniam minime esset in scientia amoris doctus, ni prae vehementia videretur insanus: quandoquidem in huiusmodi schola probat amorem, metis intelligentia profum amittere mentem. Qui Franciscum videbat gestire, dicebat: Furor. Qui videbat salere, clamabat: Error. Qui audiebat cantiuculam: Stulticia: & erat Franciscus mundo in excessu mentis mendax; quoniam tunc amplius ex amore in amorem absorptus, dum stultis apparebat, uti furens stultissimus. Aliud est insanire ex excessu mentis, aliud ex defectu mentis: qui ex defectu, verè stultus, qui ex excessu, verè insipientia doctus: Franciscusque, ubi magis verax, in excessu mentis exponitur fallax; quippe incumbens mundo insano in stultitiam, adeptus veram sapientiam: etenim dum rufus fatuelli fiebat irrisio, apparebat absorptus ac plenus Deo.

Sapient. 5. 3.

Erant, ubi amor.

Eius amantia, amplius gloria.

7. Ita astruunt etiam voces impiorum, scientia mundi prudentium. Hi sunt (aiunt) quos habuimus aliquando in derisum: & in similitudinem improperij: nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam. Ita Franciscus cor dedit in stultitiam. Rapiebatur totus in dilectum, unde cor & caro exultabant in Deum vivum; quin posset reprimeret intra pectus tante charitatis flammam, videns dilecti mirificam gloriam. Flamma non potest premi. Semper sursum. Non secus anima ferebatur in dilectum, ministrans artibus animationem, verum non regimen; quoniam non erat ibi ubi erat, sed ubi amabat. Haec cine videbantur furores emote mentis, carterum nescientibus virtutem amoris, qui ut ordinem habeat cor, hominem trahit extra se: unde sensum, qui prudentes, dicunt se habere in sensatum, fatuolum Christi respicientes in derisum; siquidem ob defectum amoris, in Francisco notabant defectum mentis. Non rectè formabatur a sensatis iudicium, cum iudicium etiam ipsis videbatur insensatum: erroremque fatena

Ggg

tur

tur amentis mentis, amoris excessum signantes mentis errorem; quippequam Francisci gloria, vita que ab illis infans estimabatur infania. Insigni acumine hinc orbis pingitur super cancrum. Unde Ioachim, Camerarius *Centur.* 4. Emblem. 54. accinit:

Camer.

Miraris cancri dorso consurgere mundum? Desine, sic hodie vertitur orbis iter.

Non recte procedit mundus, ubi in via amoris reuult, vel ponere gressus. Amor elevat astutians, ut cor sequantur collocatum in caelis, exultentque præ læticia, quæ ab imperitis amoris designatur uti infania: hique conferuntur cancro gradu peruerso, dum Franciscus illorum patet ludibrio; quippe corrumpunt in infaniam, sequentes mundi prudentiam: etenim mundi miraculum, hominem Seraphicum, Deo plenum, à flamma amoris absorptum uti infaniam habebant in derisum. Aptius pingitur moles mundi, validè portata ab amore: quo intaucto Ocho Vænius *Amor. Emblem.* 19. succinit:

Mundus super cæcrum.

Cælum humeris Atlas tulit, Alcidesque vicissim.

Otoh. Vxn.

At cælum, & terram fert simul unus amor.

Patet icon ignis pectoris Francisci, flagrantis cælesti amore, cui Christus dedit diligens dilectus vulnera: & ut posse cordis respirare flamma. Cælum ferebat pectore, & terram, etiam ubi deridebant insensati, estimantes infaniam, totam cæli illapsam gloriam, qua gaudibundus exultabat, & præ pondere psallebat, mundum reputans amentem, quippe ignorabat amorem: atque mendax in infania designat mundum mendacem; igitur cogitabat uti insensatum insensatus illusum, qui portabat prudentissimè amens, & toto pectore cælum. Qui Cælum portabat, minimè posset tolerare terram; ni summi amoris haberet infaniam: verum quem amor urit, de nihilo dolet, & pondere gaudet. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet: Franciscusque objicitur cæli, & telluris portator: quippe laturus infanientem tellurem, qui cæli gaudens tolerabat amorem.

Franciscus portat cæli.

Jerem. 20. 9

8 Amor cælestium in corde sicut ignis exestiuans, impatiens ferri, quia frequenter, estò tactus, cum indice. Irabit species intellecta totam animam, & anima sensibus subtrahit facultatem in plenam intelligentiam; ex quorum suspensione arguitur signum amentia, & aprius specimen fructuosis animæ, amittentis mundo mentem

ob amoris ebrietatem, prævalente ratione, mentis eclipse, ut dicit vel Profanus in *Eunuch.* Act. 1. scen. 1. v. 19.

Nihilò plus agas, quam si des operam, Ut cum ratione insanias.

Terent.

Est qui insaniat defectu mentis: qui amore cæli furit; insanit, sed cum ratione: equidem cum esset insanus, ni insaniret; in ipsa infania rationem insanix ostendit: quippe magis lumine cæli illustratus, dum hominibus apparet ut delirus & stultus. *Scitote Israël* (votivum est Israël, ut observat

Ofec. 9. 71

Sanct.

Scito te Israël) stultum prophetam, insanum virum spirituales propter multitudinem iniquitatis tuæ, & multitudinem amentia. Stulticia in singulis videtur, & amentia. Stultus exponitur Propheta, & vir spiritualis cum infania; etiamque residuum populi cum multitudine insanix. In republica non novum: chorum Præsidis subdiducunt: constituitque Deus Superiorem stupidum insensatum, propter iniquitatem ac amentiam subditorum. Propheta non erat impos mentis, quippe vir spiritualis: Israël insaniebat, & multiplex infania, colens vanissima idola: rectorque vir spiritualis designatur insanus, quando debachatur populus; quoniam multiplex ac amente immedicabili subditorum impietate, necessarium omnino Superiorem insanire. In rem ergo. Propheta spiritu plenus, quæ videbat; ne populus insaniret, annunciabat: & dum ille insanit; insanum vocat Prophetam, ut signet propriam infaniam: quandoquidem, ni amississet cerebrum, virum spiritalem non iudicaret insanum.

Mens prælati sepe iuxta mores subditi.

Bonus prælati infaniam, quam virtutes multas subditus deridit.

9 Hic Propheta erat Oseas, quem urebat sedens in pectore mira charitas, ex visione Dei faventis, elevatum in nobiliores visiones. Unde Rupertus hic inquit: *Ad magnam ergo visionem illum excitari intendit, adhortandus, ut sciat se esse stultum.* Cognosce stultum, indicat Deitatis non solum visionem, sed visionis magnitudinem? Sanè. Visio Dei dum intellectum illustrat, à sensibus ac sensibilibus sevocat: unde cum iudicetur amentia, sine sententia esse circa sensibilia; vir spiritualis designatur uti stultus; ubi magis eius illustratus intellectus: igitur patebat interna frui Deitatis visione; dum à videntibus raptum, signabatur sine mente. Fatuellus Christi est Franciscus, & gaudio gestit, quippe Christi fatuellus: equidem sine mente vulnere amoris, fatuus (mundi insatiacione) cordi habetur in delicijs. Unde

Mens illa, minata dea, claratur amentia.

de ergo furor? Unde amor. Vulneratum respice, quod supra, fol. 371.

Tantos dolores perpeti Mens fauciatâ pernegat. Qui sim, vel ubi, vel quid loquar, Mediterque, agamque nescio. Ut mentis expers compta Pererro, sepe spiritum Languore fractus vix trabo.

S. Francisc.

ro

Se videbat Christi stigmata portantem; secum illum continuò loquentem, qua amitebat cognitione sensus; unde videbatur à videntibus stultus, cum in Deum esset totus absorptus. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Sese subtrahit sensibus, quum flagrat amore cor: & à multitudine amentia Franciscus designatur insanus, ut clareat hominum sine iudicio intellectus: quandoquidem fugillabatur sine facultate intellectiois, ubi magis elucebat uti vir spiritualis. Ille ignorat, qui sit, & ubi sit, quid meditetur, vel quid agat, aut loquatur. Quod nescit, cælestem astruit: igitur cum sit summus perfectione, ignorat se summum esse. Locus nescitur, dum à loco capitur, & nescit quo sit in loco: etenim licet corpore constitutus in mundo, conversatio erat in cælo. Quid meditetur ignorat, & tunc ut summam meditationem designat: quandoquidem meditatione exardescit ignis magnus, ubi summa intellectione amittitur intellectus. Nescit etiam quid agat agens, vel loquatur loquens. Hæc signa clarent amentis, sed præ amore astutans cordis: siquidem aprior in sublimia illustrata intelligentia, ubi sensus non habentur apto sensu ad sensibilia. Ioannes ignorat quis sit, cum respondet: *Ego vox.* Paulus dum raptum exponit, *sive in corpore, sive extra corpus*, nescit. Petrus meditatione cælestia cogitat, ac de meditatis hæsitat. Extra carcerem exit; sed nescit, quid agit: equidem postquam salvus, *in se reversus*. Fruitur gloria Thaboris, ac loquitur, quum sciret, excessu mentis: igitur gloriæ vise subtraheret, si cognosceret, quid diceret. Cuncta ab amentibus demonstrantur uti amentia; & tunc Christi fatuelli apparet interna gloria: igitur in cælestibus fixum denotat animum, ubi sensibilia à sentiente non sentiuntur. Si mens in sua conditione stare, mundus intelligentiam moveret: & dum intendit visioni, uti vir spiritualis, objicitur sine mente; quippe tunc magis interna videt, quum sensu stultus appareat.

Perfectiones ex amentia Francisci.

Bonus prælati infaniam, quam virtutes multas subditus deridit.

Ioan. 1. 23.

a. Cor. 12. 3

Ag. 10. 17.

& 12. 11.

Marc. 9. 5.

Rupert.

15. *Visa* (à Salomone proponitur)

quam locutus est vir, cum quo est Deus, & qui Deo secum morante, confortatus ait: *Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est secum. Non didici sapientiam, & non novissimam sanctorum.* Beda, & Vatabl. ex Hebr. & scientiam Sanctorum novi. Plura discutenda

Prov. 30. à veris.

Hebr.

Quomodo cum Deo moratur, & Deus ad illum illum dirigit verbum; cum se cognoscat stultissimum omnium? Quo pacto novit, non noscens etiam hominum sapientiam, & non cognovit noscens sanctorum doctrinam? Qua igitur Dei visione confortatus, dum apparet stultissimus? Cunctis respondet aptè Christi fatuellis. Sapientia hominum dirigitur in terrena: nisi sic intenta, ab hominibus signatur uti stulticia: unde objicitur nescienti cælestis visio, cum sapientia hominum distet ab eo; ut effulgere nescientis cognitioni obiecta gloria, ex cognitionis nescientia: equidem mentem ita viso in summum traxit; ut nec terrena, noscens terrena, cognosceret. Iurè moratur cum Deo; atque Deus manet in illo: igitur claret, quod raptus ab illo, usque in pectora traxit; dum ignorat, quod cognoscat. Intellegit Franciscus, in quod intendit visionem: cælestia solummodo rapiunt mentem. Stultus, qui sensu caret: sapiens dicitur, qui intelligit; stultissimusque cunctorum in mundo objicitur, ubi cum Deo contemplatione moratur; quoniam ita mortuus mundo, ut circa sensibilia existeret sine sensu.

Nil terreni cognoscebat.

12 Novit & non novit scientiam sanctorum, tendens stulticia in cælum. Nescit, qui facit: ignorat, qui faciendò, fecisse nescit; exprimens ignorantiam, & ignorantia excellentiam. Scire spectat executionem: ignorare humilitatem: & dum exponitur virorum stultissimus, in sapientia magis apparet gloriosus; quippe gloria summi viri, excellentiam habere, sed humilem non cognoscere. Hæc est sanctorum scientia: & in Francisco dicitur stulticia; in ampliorem mentis commendationem, dum perfectionis obliviscitur mentem: igitur cum sanctorum scientia fit inundatio gratiarum: non cognoscebat habere scientiam sanctorum. Se stultissimum virorum statuit, quandiu scientiam sanctorum novit. Quomodo dicitur stulticia, cælestis sanè sapientia? Quippe apex huius sapientia in apparentia stulticia: equidem cælo vivunt inter gaudia sapientiores, qui mundo apparent sine directione mentis. Cur si mens, in mente non est ordo? Quia sic ordinat dilectio.

Neque priam perfectionem.

S. Francisc.

Mibi corda valsa nuper
Abiere, passa vulnus
Manibus superni amoris.
Et vivo mentis exerts,
Expersque sentiendi.
Hic me repenti totum
In alterum novavit.

Ait Franciscus ubi supr. fol. 355. Qui in al-
terum mutatur, est proculdubio extra se.
Qui extra se, nec habet mentem, nec cor.
A cordemotio, à mente motus directio;
sine quibus apparet stultissimus homo, ni
amor operationes perturbet, ut magis or-
dinet: equidem summæ amoris scientia,
quæ videtur stulticia. Amans minimè ha-
beret amoris scientiam, ni caderet in insa-
niam: unde Franciscus ab huiusmodi dip-
sade faucis, est virosum stultissimus; quip-
pe non amanti videtur stultum, secum vi-
vere in amore, atque non vivere secum.
Stultissimus est, qui nec cor habet, nec
actiones mente dirigit: qui non cogitat
quæ agit, qui quod loquitur nescit; qui
ignorat quæ meditatur, & sui prorsum
obliviscitur: Franciscusque habens & no-
vens scientiam sanctorum, faucis præ
amore se nominat stultissimum; quippe
vivit igne amoris sine corde, ac sine men-
te: sine corde, igitur dilecto dedicat: sine
mente, quoniam illum ita cogitat; ut
nesciat amoris vi, quis ipse sit, aut quò
stat.

Summi amo-
ris scientia,
quæ videtur
stulticia.

13. Causam indicat ipse, ubi supra
fol. 359. canens:

Urit amor, me torquet amor: sum factus
amori

S. Francisc.

Alter amor. Nostri est victor amoris amor.
Hunc mihi non unda, non flamma, nec
auferet ensis:

Non dolor hunc nexum dissolvissè queat.
Amor urit, sed etiam ardet; ubi amor
cisci vulne-
ratur amor.
Francisci sit etiam amor amoris. Amor est,
sed non amor amoris, ni vita quæ ab
amante possidetur, in dilectum abscondit-
atur. Vita in motibus clara, dicitur vita:
vita abscondita in dilecto denunciatur
amentia: & ubi (vita Francisci abscondit
cum Christo ex amore in Deum) amor
alter amor sit, stultum vocatur scientiâ
eminenti cor; quippe in Deo totus, non
videretur absorptus, ni amoris flammâ vi-
deretur stultus. Innuat Paulus, Occasionem
damus vobis glorianti pro nobis: sive enim
mente excedimus Deo, sive sobrii sumus
vobis. Plurium Veriones: Sive insanimus,
sive sanâ mente sumus: sive sapimus, sive
despimus. Paulus insanus? Quis non stul-
tus? Paulus despicens? Quis non amens?

2. Cor. 5. 12
13.
Syr. Chryl.
& Vatabl.

Si mentis lasa, sive illusa presumptio, un-
de de amante discipulis glorianti datur
occafio? Num gloria amentia? Proculdu-
biò summa. Non est ex mentis defectu,
sed ex raptu. Ex excessu & excessu divini
amoris, contemplationis & locutionis: ait
Theophylactus: Iungiturque meditante
mentis sobrietas, videntibus discipulis in
Paulo amoris insanias; quippe tunc datur
occafio maior glorianti, cum ex mente
illuminata videbatur sine mente: igitur
magis eminebat mente sobrius, quando ap-
parebat insanus.

Teopl.
lib. 2

Paulus amo-
re insanus.

14. Ultra perferretur in mente Pau-
li, pro optabili mira fatuitate Francisci.
Paulus amens est? Mentis ebrietate (subdit
Anselmus) ita ut quodammodò de memoria
labantur infima. Gloria discipulorum hu-
iusmodi mentis casus, quo cadentium intel-
lectione sublimatur intellectus: irèque di-
citur gloria hæc sapientissima amentia; ubi
caducarum rerum videbatur nec memoria:
Paulus amens est? Unde? Ille dicit: Cha-
ritas Christi urget nos. Loquimur & con-
templamur: unde à charitate in amentiam
ita impellimur; ut contemplantes nesciamus
quid cogitemus, ac loquentes, quid
dicamus: igitur ni excedat ex contempla-
tione mente, non licet homini loqui. Pau-
lus amens est? Unde occasio? Stigmata Do-
mini Iesu in corpore meo porto. Quis non
charitate insanus cum huiusmodi insigni-
bus? Caritas urget in redamationem, quæ
non magna, ni adimeret mentem: cadit-
que mente Paulus, dum præ amoris vehe-
mentia flagrat peccus; igitur non solum
Christum portabat in pectore, sed Christi
stigmata in corpore. Paulus insanus est?
Amore rapitur in excessum, dum ait (subdit
Alapide in 2. Cor. 5. 13.) nos autem reve-
lata facie gloriam Domini specularantes, in
eamdem imaginem transformamur à clari-
tate in claritatem. Quis enim sobrius ha-
beret communem sensum, si se videret
transformatum in Christum, procedentem
de claritate in claritatem, ob amoris co-
gnitionem? Pignora beatitudinis conveni-
re nequeant cum munere mentis: Paulus
que excedens mente à discipulis habetur;
quoniam revelata facie gloriam Domini
in pectore specularum. Modò intelligitur,
quomodò gloria discipulis, tam sobrietas,
quàm excessus mentis. Sive mente excedi-
mus, sive sobrii sumus. Mentis excessus,
quippe assecularum gloriatio, habere ma-
gistrum totum absorptum in Deo. Mentis
sobrietate, in illorum documenta: siqui-
dem discipulorum non levis gloria; quòd
ali-

Anselm.

Unde pra-
dentissima
amentia?

Verf. 14

Galat. 6. 17.

Pauli gloria
Christi, sig-
mata.

Alapide

2. Cor. 5. 18

Charitatis
eius excessus
insubditior.
2. Cor. 5. 13

2. Cor. 3. 18

Orph.

Francisci
amentia celo
grata.

Jerem. 10.

3. Reg. 22.

Pretiosa &
utilis.

Martial.
Luc. 19. 4.

Greg. Mag.

Insanis fo-
vis amorem

Ovid.

aliquando propter illos effet sobrius, qui
in Deo totaliter raptus.

15. En Francisci forma & amentia felix
causa. Sapiens eras, & se fecit stultum in
hoc sæculo, ut prudens esset in Christo.

Gratis vexatus insanis.

Inquit Orpheus in Hymn. ad Bacch. equi-
dem prudentia summa, si infania grata.
Hinc Paulus non dicit, quòd sit stultus,
sive stulta faciat; sed quòd stultus fiat: igitur
summe celestibus infania excessu men-
tis ostendit doctum, qui in hoc sæculo
stultus factus fuerit propter Christum. Stul-
tus factus homo à scientiâ, & confusus est
artifex. Claret auctor glorificatus, dum
debauchatur sine sensu Franciscus: igitur
studio tendens frequenter in contraria,
scientificus factus à stulticia. Minimè Da-
vid inter inimicos saperet, ni sine mente
quasi furiosus feret. Hicine ingreditur
domum meam? dicit sapientia regis. Hic-
cine & ficcine? Verè rex insanus, ubi sa-
nus habetur tanquam stultus, ac in regiam
inhibetur introitus. Stultus factus est à
scientiâ. In celum prodest meditata insa-
nia. Coelum habet Franciscus sine men-
te. Hiccine & ficcine? Utrique fatuellus
Domini: etenim quia stultè sapuit, in do-
mum Domini ivit. Hæc est gloria.

Lucant vana ludibria.

Ut Zachæus & minimus eligit Franciscus
sycomorum, ut videtur Christum. Si hæ-
cine arbor signum insipientia, gradus sit
in felicitatem gloriæ: igitur quia in mun-
do stultitiam elegit, in ascensu Iesum vidit.
Pussilus itaque Zachæus sycomorum subijt,
& Dominum vidit; quia qui mundi
stultitiam humiliter eligunt, ipsi Dei sa-
pientiam humiliter contemplantur (ait
Gregor. Mag. in Job. lib. 27. cap. 27.)
Eligamus laudabilem fatuitatem. Mens
amittatur, ne amittamus mentem; equi-
dem huiusmodi amoris furor minimè fu-
ror, sed intensior amor. Amor Francisci
videbatur languere, quippe natus in extre-
ma paupertate. Sed videbatur: maior pau-
peritate efficitur. Elegit fomitem mentem.
Iam habet unde suum paupertas pascat
amorem.

DIDASCALIA VI.

Tyrannorum persecutio est
Martyrum illustratio.

Cæca semper ac dira tyrannis;
impulsa fugore mentis.

Nunc quoque sanguine gaudet.

Verum nescit: quandoquidem victa læcet,
dum sanguine vincit. Picum diadema à
Borgia 1. part. Emblem. cum epigraphæ:
Victis, non victoribus. Qui vincit, cadit;
qui cadit, surgit: equidem dum spolia ex
triumpho mortis; diadema non victori-
bus, sed victis: quippequam incentes
mortis certamen, vincunt etiam in cer-
tamine mortem. Victi sunt, ruorunt:
ait Jeremias. Martyres corraunt, sed non
vincuntur; igitur coronantur: nullamque
esset diadema, si non victoria. Egyptij
ostenderunt adorantes Nephthe numen: id
est Victoriam & Mortem: dicit Kircher
in Obelise. Pamph. lib. 3. cap. 5. Mortem
& Victoriam quando vidit simul Egyp-
tus? Dum floruit ibi Evangelista Marcus:
etenim victoriam vidit rapuit, dum mor-
tem corruendo pertulit. Subtus & non su-
pra: dicit Baruch. Quorsum negotium
affirmatio? Quia in Marco variatur or-
do: equidem cum splendor concedatur
diadematis non victoribus, sed victis; erat
supra redimitus per virtutem; qui infra
iacebat per mortem.

Ovid.

Jerem.

Borg.

Martyres
morti vin-
cunt.

Jerem. 46. 6

Quid Nephthe

Kircher.

Baruch. 2. 9.

Marcus su-
pra tyrannia
dem.

Nan sanguine fuso,
Vires pugna dabit.

2. In oblatione primitiarum (quæ de-
bebat fieri altero die Sabbati Pasche) se-
getes elevabantur, grana conterebantur, &
agnus sacrificabatur. In eodem die caditur
agnus immaculatus. Quo intenu granis
oblata segetis Iungitur sanguis? Grana in
fructus fecundiora, si sanguine tincta.
Virg. 1. Georg. vers. 112. Luxuriam se-
getum. & Ovid. ut dixi Tom. 3. T. 9. D. Virgil.
5. num. 9.

Lucan.

Levit. 23.

12.

Virgil.

Ovid.

Resecandaque fale

Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.
Unde dum grana icibus concussa cadant,
Agni sanguine asperguntur; quoniam à
crucore accipientia uberem fecunditatem,
erumpunt fata in feracissimam segetem.
Hinc fictum à Rabbinis (Vide Peetr. Can-
naum lib. 2. de Republ.) velum templi
constructum è vellere pellicularum Abel,
quoties futurus aliquis Martyr in lege
manasse sanguine: tuncque spicas suppo-
nere Summum Sacerdotem, ut grana se-
rerentur quæ hauserunt sanguinem. Nugæ
& nugæ. Veritas minimè indiget fictione.

Ovid.

Sanguine hu-
mano fructi-
diora semina

A sanguine Abel iusti usque ad sanguinem
Zacharia quem occidisti inter templum &
altare (à primo Martyrum usque ad ultri-
mum) sit à Christo Synagoge probrum;
equidem si sanguine humano fecundissi-
ma grana; seges Martyrum ferax à prima
pur-

Math. 23
35.

purpura. *Nec tamen deficiet hac secula* (infit Tertullian. ad Scapulam, cap. 5.) *quam tunc magis edificari scias, cum cædi videatur.* Ex fructibus cognoscitur: equidem Martyrum persecutio profundens sanguinem; pro sanguine, ut seges furgat, emittit semen. Nescio quo numine Ovidius lib. 1. *Metamorph. fab. 5.* cecinit: *Obruta mole sua cum corpora dura iaceret, Profusam multo natorum sanguine terram Immaduisse ferunt, calidumque animasse cruorem.*

Ovid. *In faciem vertisse hominum: sed & illa propago Contemptrix Superum, sanæque avidissima cadis,*

Et violenta fuit: scires è sanguine natam. 3 Hoccine intuitu Petr. Damian. Sermon. 1. de S. Marco, ait: *Illucescente Beati Evangelistæ solemnitate, Posthale nobis gaudium geminatur.* Nec mirum: in ipso die Paschatis moritur: unde si ex fecunditate gaudet Ecclesia; sanguine Marci geminatur læticia: quandoquidem in Ægypto ex femine sanguinis, surrexit tanta sanctitatis seges. Nilus Ægyptum inundat in Leone, unde frequens lemma: *Auctior in aestu.* Nilus pingebatur olim fenex; amphoram effundens, crocodilum premens, & vallatus XVI. pueris ludentibus. Observant Vincentius Chartar. in Neptun. fol. 182. Pier. Valer. lib. 46. cap. 1. Ulyss. Aldrovand. Tom. 4. de Monsfr. cap. 1. in Niloscopia, fol. 96. & 296. Christolog. in Mundo Marian. Discurs. 27. Unde Plin. lib. 36. cap. 7. *Argumento* (infit) *Nili XVI. liberis circa ludentibus, per quos totidem cubiti summi incrementi augenti se amnis intelligantur: & lib. 5. cap. 9. infit: Iustum incrementum est cubitorum XVI. II. famem Ægyptus sentit, in XIII. etiamnum esurit: XIV. cubita bilavitatem asserunt: XV. securitatem: XVI. delicias.* Vivida Evangelistæ imago, & segetis Evangelicæ per sanguinem expositio. Senex Marcus est, cuius insigne Leo. Idololatriam signat crocodilus; inter Apostolos est decimus sextus: si incrementum aquarum inundantium ex numero sumitur; uti felix Ægyptus numeretur: equidem per Marci prædicationem, calcata idololatria pervenit in plenitudinem. Primitia sunt oblata; dum agnus, qui tollit peccata mundi, mactabatur in altari: si ex gravis sanguine tinctis abundantia altruitur segetis; contemplandum in primitiis sanguinis Marci (qui gloria Ægypti) quo modo sustollitur, atteritur, & sacratum.

4 De sanguine serpentis, quo terra ebrua, à Cadmo desuper seminata, duces armatos pro segete exiisse finxerunt Ethnici.

Inde (fide maius) gleba cæpere moveri: Primaque de sulcis acies comparuit haste, Tegmina mox caputur plecto nutantia cono, Ovid. *Mox humeri, pectusque, onerataque brachia telis*

Existunt, crescitque seges clypeata virorum. Inquit Ovidius 3. *Metam. fab. 1.* Taceat superata vetustas, ut luceat veritas. Christus Dominus exaltatus in crucis ligno, sicut Moyse exaltavit serpentem in deserto. Ex eius sanguine madefacta terra exierunt grana in orbis prodigium? Segetes clypeata virorum; electi principes in lucem Gentium; ut subiugaret orbem, fidei cæcis ostendentes veritatem. Ex his Saluator signanter elegit Marcum, ut signum elevaret, & subiugaret Ægyptum: qui ita strenue sese in debellatione gessit, ut cunctos ad fidem traxerit, atque idololatriam à cultoribus expulerit.

5 *Nunc princeps huius mundi eiecitur foras: & ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipsum:* dicebat Assessor N. proximus passioni. Dæmon dicitur princeps mundi: si sequentes dæmonem, Salvatorem insectantur; qua magne in cruce à vulnerato trahuntur? Elevarus est in cruce, ac victoria oborta ab hacine elevatione. Regnabat demonis malignitas, quia iacebat veritas. Corda Gentilium dæmon in sacrilegam adorationem attraxerat; quippe obsecrata Gentilitas uti dæmonem non noverat. Victus est in cruce, exaltata veritate, ac denique eiectus foras; ex quo illuminata cordium adorantium cæcitas: unde è cruce traxit corda in veritatem; quippe viderunt à Christo vincum ac expulsum dæmonem. Attractio humani cordis pendebat ab expulsiōne dæmonis, ut divinitatem nosceret, modò vinceretur qui sefellit. Sine cruce nequibat vinci, nec corda trahi; quippe à dæmone possessa: & dum cognoverunt à dæmone tracta, cordium omnium fit reversio; quoniam dæmon expulsus è toto mundo. *Omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant que fiebant, percutientes pectora sua revertebantur.* Quæ in spectaculo viderant: Quæ fiebant, victo ac expulso dæmone ex Saluatoris morte: percutiuntque pectora in penitentia signa; quoniam exaltata veritate, ac coruscante fide, cognoverunt infectissimum dæmonem, quem adorabant

Tertull.

E sanguinis Martyrum plures Martiri.

Ovid.

Petr. Dam.

Picine.

Imago Nili.

Plin.

Cur Marci symbolum?

Siquis Christum armavit.

Marcus elegit in Ægyptum.

Ioan. 12. 31.

Christus è cruce traxit ad se hominum corda.

Luc. 23. 84.

bant ut principem. Trahuntur corda veritate, & è visis & factis modò percutiuntur penituntine; quippe pudet per ampliorem cultum, amplius committere sacrilegium: quandoquidem cæci præstantes adorationem; magis ac magis obsequijs offende-bant Deitatem.

6 Seminarium totius orbis superstitionis fuisse Ægyptum, diximus fusc *Tautolog. 3. à num. 3.* Huc processit, irruitque Marcus, ut illuminaret universum, purgando tot erroribus Ægyptum. Accedit, dæmon obmurnit. Venit, vidit, vicit. *Vicisti Marce, vicisti:* victus exclamat, & illicò fidei subacta provincia, ac cunctorum in fidem vincita corda. Quo pacto ficine cunctorum pectora trahit? Dæmon expulsi, ac statim adorantium remota cæcitas; quoniam mutis oraculis loquentem eiecit foras. Excæcaverat dæmon corda Ægyptiorum vanitate Numinis: ac cum trahantur corda splendore veritatis; adorantur atracta verum Numen, dum cognoverunt adorasse dæmonem. Incumbant in sacrificia, qua sacrilegia: & Marco inferente fidem; percutiunt corda; quippe penitet, quod ignorantia Numinis, cuncta expendissent in adorationem hostis. Ex decem partibus Ægypti tendentis in superstitionem radicatus evulsit novem in fidem: ait Hieronymus apud AA. præfat. *Quid quod traxerit corda in singularem plausum, si Luciferum videbant tam prostratum, quam expulsum.*

7 Victo Philistæo, qui præsumptione arroganti virtutis, castra Dei exprobraverat viventis; *Viri Israel & Iuda perscutique sunt: Philistæos viceruntque evulsavati de Philisthæim.* Triumphum in urbem invexit, & chorus pællarum decantavit: *Percussit Saul mille & David decem millia.* Quævis encomium dignum, ex dictis non patet verum: equidem Regis milites & duces potius victoria, interfecerunt pluraquam decem millia: quo ergo iure decem millia attribuntur Davidi, & non militibus, neque ducibus, nec Regi? *Prevaluit David adversus Philisthæum.* Hic erat dux inimicorum, quo superlute, in tanto triumpho nil triumphi: truncatoque Goliath, cunctorum victoria datur David; quoniam nemo illum adversantium vicisset, ni principem in virtute victor David iugulasset. Aptius proposito. Mille conceduntur Regi, decem millia Davidi: mille decima pars decem millium. Incedebat gloriosus hoc monstrum Philistinorum, in cuius expulsiōne ac

Metaphr.

Sur.

Marcus idola vicit, & cultores ad se traxit.

Hieronymus

1. Reg. 17. 52.

Cap. 18. 7.

Cap. 17. 50.

Plus omnibus laboravit.

resistencia stabat victoria summa: caterisque ac simili Regi decima donatur pars, & in victoria nil plus; quoniam prostrato gigante validissima virtutis, cæteros superare parvi laboris: equidem exiguum ex inimicis periculum, ubi victo gigante cuncti fugerunt. *Decimam reliquit illi:* dicit Hieronymus de prædicatione Marci. Nonne persecuti simulachrorum cultum, atque turpia oracula idolorum? Utique, sed victo à Marco gigante. *Vicisti Marce, vicisti.* Cætera oracula stabant, quippe princeps huius mundi sese & illa arroganter defendebat: Marcusque plauditur debellator terræ Ægypti, cæteris concessa duntaxat decima parte; quoniam gigantem contrivit, & usque in tartarum expulsi. Cæcos in cultum dæmon traxerat, verum Marcus in cognitionem illuminat: cordaque illorum in plausum traxit, illicò ut veritas Evangelicæ illuxit; quoniam quem uti principem adorabat Gentilitas, dominantem tyrannum in Ægypto eiecit foras.

8 Occurrit illustre vaticinium Isaie. *Ascendet Dominus super nubem levem, & ingreditur Ægyptum, & commovebuntur simulachra Ægypti.* Omnia? Profecto. Quidni fugiant dæmonum cæteri, dum expulsi princeps mundi? Non ausus Lucifer resistere Marco, vel dum prævalebat religionum superstitio: equidem celerissime draço antiquos separatur, simulatque Marcus ingreditur in Ægyptum. Marcus operatur mira quæ Christus facit, atque maiora perfecit igitur si Christo per se ingrediente, Ægypti simulachra commota; à Marco ingrediente cuncta simulachra expulsa. Nubes levis Evangelium dicitur. Videris N. Lauretum. Cur igitur, dum in exterminium idolorum, ac expulsiōnem dæmonum; Ægyptum ingreditur Marcus; ab Isaia dicitur, quod ingreditur Dominus? Ut clareat gloria primitiarum Ægypti non solum dum elevantur, sed dum conteruntur: signaturque Domini adventus, dum Ægyptum lustrat Marcus; quippequam in eius pectore tota plenitudo gloriæ.

9 Electum se dicit Paulus à Deo, ut revelaret Filium suum in me, ut evangelizarem illum Gentibus. *Non mihi,* ut alibi observavi, dicit; sed *in me.* Mihi dicit vocationem propriam in fidei lumen: *In me Gentium vocationem: & Patris Gentibus filium revelat;* dum Paulus evangelizat; quippe tota gloria cæli erat in pectore Pauli. Vide quæ diximus Tom. 1. li.

Isai. 19. 1.

In eo vobis tur Christum

Galat. 1. 16

Christus in pectore Pauli.

Tau.

Tautol. 5. Didasc. 20. à num. 7. In Paulo Christus erat, sed dumtaxat Paulum Gentibus revelaverat: Christusque dicitur Gentibus revelatus, dum à Paulo evangelizatur Gentibus; quoniam cognoscebat Christum, quisquis cognoverat Paulum. Unde igitur cognitio Paulo, Gentibus erat cognitio de Christo, ut procederent in fidem? Secundum interiore & exteriorem hominem. Erat alia imago in throno pectoris, prater illam quam monstrabat facies. Erat alius ex facie, alius ex pectore; Christusque Gentibus revelatur, ubi Paulus evangelizans videtur; quippe qui videbat extrinsecè faciem Pauli, Christum gloriosum circumspiciebat in corde. Innuit Doctor Gentium: *Qui non viderunt faciem meam in carne, ut consolentur corda ipsorum instructi in charitate & in omnes divitias plenitudinis.* Quorsum dicit in carne vulnus specimen, si dixerat faciem? Quia aliam faciem habebat secundum interiore hominem: igitur qui cor videret tot splendoribus plenum; haudquaquam facie visum cognosceret Paulum. Corda instructa charitate, vexabantur afflictione, in subsidium queritur Christus; & occurrunt non secundum faciem Paulus: equidem cum pectore haberet totius gloriæ divitiarum plenitudinem, visa gloriæ Christi in pectore, capiebat consolationem.

10 Etiam secundum exteriorem hominem thesauri, lucisque absconditæ refulgebat lumen. *Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Quam stigmata Christi signacula?* Stigmata, plaga, pro Christo vulnera: equidem cum integritas corporis videndum impediret splendorem imaginis, quæ latebat intra velamina pectoris; non quibat videri Sanctum-Sanctorum, quin scinderetur velum: stigmatæque vulnere pro Christo impressa corpori ostendit, ubi Christum Gentilitas videre cupit; quippequam per carnis vulnera, Christi latentis videbatur gloria. Hinc ille iterat: *In laboribus plurimis, in carceribus abundantiss, in plagis supra modum.* Alapide hic: *Supra quam dici vel credi potest.* Quòd maiora passus, eò magis videbatur gloriosus, portans gloriæ celestis signacula, ubi corpus tot vulneribus ostendebat stigmata: Christusque latens in pectore revelatur, dum vulneratus orbis Gentibus exponitur; quoniam rima patebat, ubi vulnere livor, qua gloriæ occulte rutilabat splendor. Tuba prædicationis terruit idola Gentilitatis, in cluso lumine in lagena corporis: apparuitque lux

reclusa; quippequam per vulnera illata, fracta corporis lagena. *In pariorum, mirabile proditit* (ait Plinius lib. 36. cap. 5.) *glebâ lapidis unius cuneis dividentium soluta, imaginem Sileni intus extulisse.* Idem refert Cicero ex Carneade lib. 1. de *Divinat.* Imago Silenorum gloriæ occulte proponitur signum, ut sæpe dixi. Unde Pier. Valer. lib. 6. cap. 14. infit: *Ubi clausæ erant, nihil aliud quam tibicinis speciem ostentabant: ubi vorò aperiebantur, venerabile aliquod Numen exerebant.* Hæc est imago Pauli Gentibus evangelizantis, formâ exteriore tibicinis: hocneque simulachrum non videtur, ni cuneis & ictibus dividatur; ut pateat Gentibus gloria per vulnera, & Iesu-Christi revelata præsentia: igitur quum vulneribus Pauli pectus expansum, apparuit & aperuit Numen occultum.

11 Elucet iam quomodò in Egyptum ingressus est Dominus, quando ingressus est Marcus. Ascendit nubem levem, pectus Evangelistæ; quippe Marcus Christum portabat in corde. Ab infidelibus sine trahitur, ac in carcerem traditur corpus vulneribus plenum, inlicitis plagis supra modum: supra quam potest dici, vel credi: & tunc Christus revelatur in vulnere emittens fulgorem lucis; quippequam iam remota levis nubecula carnis. *Splendor toto corpore mirificè rutilabat.* Quid mirum? Apparuit ictibus, quæ latebat imago, atque simul Christi gloria, quoniam fracta carnis portantis ælimabilis lagena. Eius viderant faciem, sed non interiore hominem. Unde Marci faucibus faciem ictam non cognoscunt, vel qui attentius intuentur; quippe querentes curiositate Marcum, revelatum in illo gloriosum videbant Christum.

Ac veluti inclusum per se in pectore Numen, Et vicam magnæ speciem virtutis adorant. Silenus est, cuneis dividentium effectus, ac vulneribus formatus: equidem cum plagæ essent rimulæ fulgoris interni, quis exibat? quod latebat corde; qui toto corpore plagas crudeles recepit, etiam ex iure toto corpore fudit. *Fit enim gloriosus* (ait Christol. serm. 1. de *Martyr.*) *facendos & victima immolatur & hostia, antistes & holocausta. Sacris intentus mysterijs, die Resurrectionis Christi, Apostolus comprehenditur* (ait Zacharias Lippelous) *in iectoque in eius collum fune, cum dissonis clamoribus huc illucque trahitur, tanto furore & crudelitate, ut copiosa*

Kolof. 2. 12

Galat. 6. 17

2. Cor. 11. 23. Alap.

Indic. 7. 20.

Per carnis vulnera videbatur Christi gloria.

Plin.

Qui Sileni

Pier. Valer.

Imago Silenorum.

Marcus sanctus visus splendidus.

Hippoman.

Christus latebat, & apparebat Marti.

Lucan.

Christol.

Sacerdos & victima. Lipel.

san.

sanguinis imbre humum tingeret, stratof- que lapides coloraret. En articulus martyrij, locum disponens questioni. Sacris intentus comprehenditur: sacrificium non perficitur. Manifeste illud sacrificium imperfectum? Videtur non consummatum: quid dicendum? Quod sacerdos & victima? quod immolator & hostia? Cogitemus alia.

12 Præcepto Dei ducitur Isaac immolandum à patre; quia Domino summe placebat sacrificium obedientiæ: quæ quidem si sacrificio præstabat; utrumque Deus illo in articulo habebat. Sese pater Abraham vicit, dum obtulit quod dilexit: & cum arripuisset gladium, ut immolaret filium; accepto amore ex proposito, ac gratulante celo, arietem assumens obtulit holocaustum pro filio. Sacrificium filij inchoavit, arietem suffectum obtulit: sacrificium num perficit? Utique. Amisio vitæ requiritur in sacrificij entitate: illudque habuit plenissimam perfectionem; quippe pro immolando Isaac, ille agnus suffectus statim occisus est. Finxit ex more Antiquitas, ac ex veritate pullulavit Ethnicorum vanitas. *Pestilentia Lacedæmone vulgata, sorte aliquando ductam Helenam, ubi ornatum produxerunt, aquila demittens se rapuit enses, atque in armenta portans super baculum eum posuit:* ait Plutarch. de *Casibus Græcor. & Roman.* Idemque asserit contigisse Romæ; igitur sacrificio peracto, restituta laborantibus pestilentia valcudo: *Vale unicuique dicens.* Plura diximus Tom. 2. *Tautolog.* 5. Ovidius de cerva suffecta pro Phigonia lib. 12. *Metam.* fab. 1. succinit: *Victa Dea est, nubemque oculis obiecit, & inter*

Genes. 22. 13.

Quomodo perficitur in eobatum sacrificium?

Platarch.

Ovid.

La. Zerd.

Officium, turbamque sacri, vocisque precantur *Supposit. à fertur mutasse Mycenida cervâ.* Modò de victima ab Abrahamo oblata. Inquirunt Expositores, pro quo suffecta? Pro filio; dicit Textus: pro cuius filio? Pro Isaac? Pro Unigenito filio Dei: asserit Pacensis in 9. *Iudith.* vers. 3. sect. 13. num. 88. Quo intuitu pro Christo suffectus huiusmodi agnus? Ut mirabilia magna videret Ægyptus. Sacris intentus mysterijs ad mortem trahitur Evangelista Marcus. Abraham agnus Dei filium significabat, quem incremte Evangelista offerebat: & in hostia divinitus suffecta, Dei & Marci claret gloria; quoniam dum Dei Filius, immaculatus agnus, ibi immolatur pro Isaac, Marcus assidue altari offertur pro filio Dei.

13 Exaudita iam oratio Siracidis deprecantis enim: *Innova signa & immota mirabilia.* De mirabilibus dicemus *Tautolog.* seq. *Didasc.* 2. num. 6. modò de signis five miraculis. Minime deprecatur, quòd Deus miracula faciat nova; sed quòd innovet iam facta. *Ede nova signa* (exponit Alapide) *alia, novaque patra miracula: immota vetera in nova: prisca cum modernis commuta: patra similia, sed diversa.* Quomodò diversa, si similia? Quomodò si miracula, innovanda? Mutatione non erit miraculum: imò summum, Miraculum fuit, quòd agnus, hostia sacrificij, immolaretur pro homine. Hoc portentum: ac in martyrio Marci innovatur miraculum; quoniam cum esset homo, immolabatur pro agno. Agnus immolatur. *Quis? Agnus qui sedebat in throno:* respondet Bernard. in *Vigil. Nativ.* serm. 4. num. 3. & pro homine caditur. Intentus sacris Agni, sedentis in throno Eucharistia Evangelista immolatur. Illustre sacrificium! Simile, utique, sed diversum: innovaturque miraculum; quoniam si primum, quòd agnus immolaretur pro Isaac; secundum, quòd Marcus immolaretur pro Iesu-Christo, agno Dei. Ioannes in visione indicat: *Et dixit qui sedebat in throno: Ecce nova facio omnia.* Si dicit omnia, iam facta; ut in innovatione miracula consistant diversa & similia: quandoquidem si agnus sufficitur pro Isaac in illustri sacrificio; in illustriore Eucharistia, Marcus offertur pro agno. Accepta sanè victima, & mors Martyrij prætiofa, qua dum celeste sacrificium in Paschate à Marco fit; ipse sacerdos & hostia offertur pro filio Dei. Ubi vita dicitur, sacrificium ritè atque rectè perficitur. Unde sacrum ab Evangelista inceptum, plenissimè consummatum, Marcus conversus in hostiam, obtulit vitalitatem.

Ecclesi. 36. 6.

Alapide.

Unde singulari miraculum?

Bernard.

Apoc. 2. 5.

Petra-Sand.

Marcus suffectus pro victima.

Indic. 22. 39.

Hhh

voverat : dicit Scriptura. Nonne agnus immolatus pro triumpho? Quia lege immolatur homo? *Volebat Lephte magnum quid excellens vovere*: ait Augustin. apud eundem *quasi*. 14. Agnus pro homine, omnino commune: aliquid Lephte vovebat in sine, atque singulare, quo sacrificia similia essent penitus diversa: equidem si in laudem Dei Abraham agnum sacrificavit pro filio; Lephte filiam, quam habebat sacrificavit pro agno.

— *Manus mucrone furenti Ducitur, & sicum gladium vagina reclusa.*

Sacrificium Altaris, quo victima Christus, offerrebat Marcus. Cum esset sacramentum, etiam habebat signum. Quodnam? *Homo ad genua provolutus, revinctis manibus, cum gladio ad ingulum.* Aliquid excellens sacrificandum: & Marcus victima excellens offertur in sacrificium; ut per signa & miracula immutata, cuncta, qui sedebat in throno, faceret nova: igitur si filius Dei sacrificator pro Isaac, Marcus manibus revinctis offertur pro filio Dei.

15 Perpendis modum & effectum sanguinis. *Ut copioso sanguinis imbre humum tingeret, stratosque lapides coloraret. Stat cruor in repli: multaque rubentia cade Lubrica saxa madent.*

Lucan. 2. *Pharsal. vers. 103.* Etiam post mortem intendit in Aegyptio conversionem, spargens sanguinem: etenim eius cruore dicato convertenda corda, quanvis essent uti saxa. Milites Gedeonis cum hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus lampades, & dextris sonantibus tubis, clamaverunt. Ita à Marco prostrata Gentilitas, ac compressa idolorum superstitio, Deo demonstrante erga Marcum honorem, & Evangelista in officio charitatem: quandoquidem nec tuba predicationis cessavit, nec lux à corpore femel emissa recessit, videntibus cunctis; vel fracta lagenà corporis. *Copioso sanguinis imbre.* Cur imber? In Aegypto non pluit. Ideo Religio aruit: & sanguine Marci floruit; quippe cum cœlum dedit pluviam, terra dedit fructum suum. *Marcus seminavit* (ait Hieronym. præfat. Comment. in Marc.) *fremit ut leo, volat ut aquila, disset ut homo, immolat ut sacerdos, irrigat ut flumen, florebit ut ager.* Ecce fructus: quanti Marcus! *Copioso sanguinis imbre.* Quam aptè! *Una pluvia in universum descendit mundum* (inquit Cyrill. Hierosolym. Cateches. 16.) *que alba quidem fit in spinis, rubra in rosis, pur-*

purea in hyacinthis, ac in diversis specibus diversa. & in omnibus fit omnia. Imber sanguinis Marci claret copiosus: igitur floret Aegyptus candore in spinis eremitarum, pudore in rosis virginum, purpure in hyacinthis martyrum, facta pluvia in diversis ordinibus diversa, etiam omnibus omnia. *Aegypti flores sine odore:* inquit Plin. lib. 21. cap. 11. Sanguine restituitur, vel conceditur: odoreque iam gaudet flores Aegypti, imbre copioso fecundi sanguinis Marci, Olim arbores Aegypti sterilitate fuisse multatas, dixi ex Epiphan. Tom. 1. Tautol. 5. Didasc. 11. num. 2. *verum effuso vero sanguine, revixisse, germinasse, floruisse.* Superstitio arefecit ibi homines, ac idololatria transformavit in stipites; quippe ex lignis adorantes simulachra, similes illis sunt, qui faciunt ea. A Marco demonstratur stupiditas, ideoque truncatur ad oras: effusaque vero sanguine revixerunt, germinarunt, & floruerunt; quippequam Aegyptus arida iam conversa in paradysum. *Sicut paradysus Domini & Aegyptus venientibus in Segor:* igitur si paradysus Domini florabat à fonte, non secus Aegyptus refluente sanguine Marci. *Arbores in Aegypto omni serunt mense:* protest Plin. lib. 17. cap. 18. Claret Aegyptus Evangelistæ cruore in paradysum conversa; quandoquidem in paradyso fecunda ligna, ut amoenent oculos ornantia campos, offerunt primitivica per mentes singulos. O Aegypte! Si fructus pulcher, avulsio non deficit alter.

Hac tibi sacra datur; fortanatumque tenebis

Autumni, & fulvis semper ditabere pomis.

16 Denique: *Copioso sanguinis imbre.* Non solum copia, sed & sanguinis pluvia? In fecunditate fegetis necessaria pluvia sanguinis. Perpende celeste elogium. *Angelus Domini descendit de caelo, qui tetigit eum dicens: famule Dei Marce, Princeps propagatorum sanctissimorum per Aegyptum.* Ita Abdias Babylon. in Vit. Evang. Princeps utique, quippe in cunctis primus; sed princeps propagatorum? Sanè, ubi terram rigavit copioso sanguinis imbre: igitur effundens è vulneribus sanguinem, effundebat ubertim Martyrum semen. Martyres tam in lege veteri, quam in nova clamant: *Usquequò Domine non vindicas sanguinem nostrum?* Illique dicitur, quod requiescant, donec compleantur fratres eorum, qui interficiendi sunt, sicut illi. Ita apud Ioann. Etiam clamant apud Efdram, de his interrogaverunt anima iustorum: *Usque-*

Augustin.
Claudian.
Zach. Lipp.
Lucan.
Non cessavit à predicatione, vel fracto corpore.
Iulic. 7. 24.
Cur eius sanguis dicitur imber?
Hieronym.
Cyrill.

Elogia.
Plin.
Epiphan.
Prodigia.
Genes. 132 10.
Plin.
Ezech. 47. 12.
Apoc. 22. 24.
Claudian.
Abd. Babyl.
Ovid.
Apes ex bove.
Abd. Babyl.
Cur propagatorum sanctitatis in Aegypto princeps?
Apoc. 6. 11. 4. Efdr. 4. 35. 36.

Usquequò spero sic? Et idem responsum: *Quando impletus fuerit numerus feminum in vobis.* Idem articulus, eadem profectò causa, verum summum discrimen inter verba. Apud Ioannem, donec impleatur numerus fratrum: apud Efdram, donec impleatur numerus feminum. Quorsum igitur femina, ubi Martyrum detrauntur pretiosa capita? Ut conset amentia tyrannidis, cœcitas cordis, & furor improbae mentis. In exterminium Religionis cogitarunt Gentiles profinitium exterminium: verum frustra furentium ac debacchantium propositum: diciturque semen sanguis effusus inter diros & inauditos persecutorum truncatus; quoniam ex sanguine semine interfectorum, pullulabat uberrimè feget Martyrum. Hinc vividè dicitur: *In promptuarij: id est, in sepulchris, in granarijs.* Sepulchra promptuaria sunt, ubi cruor effusus pro Christo est: apteque dicuntur granaria, ubi Martyres habent destinata tepulchra; quippe singulæ sanguinis guttæ vulnerum sunt grana & semina Martyrum.

17 In superstitione Aegyptiorum invenimus huiusmodi Marci triumphum. *Quo die nefarij cultores Serapidis festa celebrabant, Marcus comprehenditur:* ait Metaphrastes, & Abdias Babyl. *Alij deridebant dicens: Beatissimus Serapis noster in sua bodie festivitatem hunc virum voluit invisere.* Quis, inquires, Serapis? Bos. Vide Kircher. late in Oedip. unde Tibull. lib. 1. Eleg. 7. vers. 27.

Se canit atque suum pubes miratur Ostrim Barbara, Memphitè plaudere docta bove. Defecerant apes, & signatum pro germine sepulchrum cadaver bovis. *Flebat Aristæus, quòd apes cū stirpe necatas Viderat inceptos desituisse favos.*

Obrue matèti corpus tellure iuveni: Quod petis à nobis obrutus ille dabit. Canit Ovidius, 1. Fastor. in Agonal. v. 61. Idem Virg. 4. Georg. vers. 299. & Plin. cum Dalecamp. lib. 11. cap. 20. Siccine Aegyptij celebrabant bovem divinum, in cuius seito maetaverunt Marcum, terrà fructum feliciter accipiente ex mylici facri vituli morte: igitur apes sanctitatis, queis superstitio privavit, mirabili modo obrutus ille dedit. Non, illo extincto, evanuit propagatio, imò crevit ex sanguine multitudo: equidem mille animas una necata dedit, ubi ex ara Marci corpus felix in sepulchro iacuit; quoniam effundens Martyr pro fide cruorem, effudit una Christianorum semen. Ingressus est in abundantia fe-

pulebrum, sicut infertur aceruus tritici: Tob. 5. 16. Igitur nobile sepulchrum ex sanguine aceruus martyrum; quorum tot germina, quot fuerunt ex guttis grana. Non ossa in sepulchro iacent, sed faulle florent, imò germinant & uberrimè fructificant sanguinis copiosa pluvia: unde Marci sicut aceruus tritici sepulchrum cum abundantia; quoniam ex semine illustrante sepulchrum, surrexit feget copiosissima Martyrum. Unde si in sepulchro semen Martyrum, sepulchrum eius gloriosum. *Exiit vincens ut vincret.* Vincens exiit de seculo, ut in alijs ab illo vinceretur superstitio. *Cum subigebatur unus* (ait Alcazar hic) *inde quasi ex semine principium ad multos.* Ultra victoriam erat victoria Marci: equidem victoria aliorum ex eius feraci pretioso sanguine, quasi ex semine. *Segetes benedicuntur die S. Marci:* inquit Alapide in 1. Tim. 4. 5. Iure tunc in segetes plenitudo benedictionis, ut sit cum exultatione messis: etenim grana, quæ singula cadunt, multiplicata nascuntur. *Aegypti agri centuplum reddunt:* aiunt Plin. lib. 18. cap. 10. & Cœl. Rhod. lib. 29. c. 21. Plus in rationalibus ex sanguine Marci, quam glebis inundatione Nilii: igitur cum præstantia seminis conset ex prælantia sanguinis; abundantia sepulchri comprobavit fecundum sanguinem Marci; quandoquidem semel semen terræ sepulchri mandatum, ortum fecit fructum centuplum.

18 Innuit ipse Evangelista referens à Christo signata premia. *Nemo est qui non accipiet centies tantum nunc in tempore hoc, cum persecutionibus, & in seculo futuro vitam æternam.* Modò levi manu; ex professo Tautol. 12. Didasc. 4. num. 6. *Quid est, centies cum persecutionibus?* Quod adeptus est nunc in tempore hoc Evangelista Marcus. Sine persecutionibus non ita fructus: tantum cum persecutionibus; quibus patientes è venis profundum sanguinem, semen fecundum in sidem: exponitur fructus centesimus, ubi effundit pro fide sanguinem Marcus; quoniam illius usque in mortem persecutiones fructum sanguinis fusi dederunt centies. Alia gloria laetè, qua plus elucet. Arida sanctitate terra Aegypti: & fulgurat gloria Marci, ex eo quòd fructum centuplum fert semen in terra bona; & eundem tulit fructum in terra mala. *En sanguis, en seges.* O Evangelista miraculum orbis! Propagatorum animæ, quorum tu princeps, congregaverunt divitias. Fides tua supergressa est universas. Illæ per te regnant, ac regnabant in summis: *Tu ducibus bello gloria maior eris.*

Sigis Martyrum semina.
Ibid.
Metaphi.
Abd. Babyl.
Quid Serapii?
Tibal.
Ovid.
Apes ex bove.
Abd. Babyl.
A sanguine Marci Marci apes Aegypti.

Hai. 11. 101
Apoc. 6. 24
Alcaz.
Plin.
Marc. 103 30.
Et fructus centesimus.
Luc. 8. 81
Ovid.